

Alcmanis aliquot fragmenta.

Ex carmine in Dioscuros a Pausania bis memorato I, 41, 5. III, 26, 2 sumtus est locus, quem propter dicendi figuram Grammatici plures, non sine scripturae varietate, servarunt. Ael. Herodianus de figuris p. 61 ed. Gu. Dindorfii, Walz. Rhett. Vol. VIII p. 606: Ἀλκμανικὸν δὲ τὸ μεσάζον τὴν ἐπαλλήλων ὀνομάτων ἢ ῥημάτων θέσιν πληθυντικοῖς ἢ δυϊκοῖς ὀνόμασιν ἢ ῥήμασι. τέσσαρα δὲ παρὰ τῷ ποιητῇ τοιαῦτα. — πλεονάζει δὲ τοῦτο τὸ σχῆμα παρ' Ἀλκμᾶνι τῷ λυρικῷ, ὅθεν καὶ Ἀλκμανικὸν ὠνόμασται. εὐθὺς γοῦν ἐν τῇ δευτέρῃ ᾠδῇ (libri primi) παρέρηται·

Κάστωρ τε, πῶλων ὠκέων δαμάντορε,
ἰππότα σοφῷ,
καὶ Πολυδεύκης κυδρός.

Schol. Pind. P. IV, 318: Κάστωρ τε, πῶλων ταχέων Δημητῆρες ἰππόται σοφοί, καὶ Πολυδεύκης κυδρός. Eustathius ad Odys. X, 513 p. 1667, 34: Κάστωρ ὠκέων πῶλων ἐλατῆρε καὶ Πολυδεύκεις, conservato duali ἐλατῆρε, qui in Scholiis ad eundem locum transiit in ἐλατῆρες, fere ut in Herodiani Cod. Hafn. δαμάντορες scriptum est pro δαμάντορε, quod restitui; illud probarunt Dind. et Walz. Marcianus Herodiani Codex habet δαμαντῆρες omisso ὠκέων, Parisiensis uterque ὠκεαδαμαντῆρες. G. Hermannus emendabat δματῆρες. Cum Schneidewino Bergkiius edidit Κάστωρ τε πῶλων ὠκέων δματῆρες, ἰππότα σοφῷ, nisi quod in altera editione ἰππόται

σοφοί ponit, uti debebat admissio *δματῆρες*. In *δαματῆρες* confusae videntur formae *δαματῆρ* et *δαμάντωρ*. Nam hanc quoque probam esse non dubito, a verbo perdito *δαμαίω*, ut *σημάντωρ*, *ποιμαντήρ* apud Sophoclem, *ποιμάντωρ* in pluribus Aeschyli codd. Pers. 240, inter quos est etiam Guelferb. *λυμαντήρ* et *λυμάντωρ*. In Parisino Herodiani utroque, cum pluralem invexerint Hafn. et Marc. cum Schol. Pindari et Odysseae, extat *ἰππότα σοφώ*, quod verum. Dioscuris enim ut gemellis, per quos etiam qui iurarent constanter formula *ναὶ τῷ σιῶ* usi sunt, convenit dualis, qui unitatem in duobus exprimit, eaque in hoc loco eo minus negligenda est forma quod Herodianus dicit ἢ *πληθυντικοῖς* ἢ *δνικοῖς*. Pindarus quidem in Prosodio Dioscuros dicit *Θοᾶν ἵππων ἐλατῆρας*. Pro *κυδρός* in codd. Herodiani, Schol. Pind. habet *κυδνός*, ubi tamen Boeckhii e Cod. Gotting. illud revocat. Neutrum alteri praestat, v. Brunck. ad Theogn. 122, F. A. Wolf. et v. Lennep. ad Theogon. 328. Schematis Alcmanici, quo praeter Pindarum etiam tragici utuntur, exempla e poetis Latinis affert Valcken. in Callim. Eleg. fr. p. 149 cf. Asper ad Virg. Aen. VI in A. Maji Interpr. velt. p. 50.

Athen. IX p. 373 e. Ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ πληθυντικοῦ ὄρνεις λέγουσιν, πρόκειται τὸ Μενάνδρειον μαρτύριον· ἀλλὰ καὶ Ἀλκμάν πού φησι·

Ἄυσαν δ' ἄπρακτα νεανίδες ὥστ'
ὄρνεις ἰέρακος ὑπερπταμένω.

Genitivum *ὑπερπταμένω* Dind. restituit, *ὑπερπταμένω* B. et Pal, *ὑπερπταμένου* reliqui et edd. ὄρνεις B. Ad *λύσαν* intelligo *χορείαν*, quam vix inceptam re infecta solvere coactae essent virgines vel repentina commota tempestate vel insidiis virorum territae, ut virginum Dianae choros agitantium nobilissimas Caryiis a Messeniis, multas Braurone a Pelasgis raptas esse referunt Pausanias IV, 16, 5 et Herodotus VI, 138. Iacobsius in Anim. in Athen. p. 201 propone-

bat δύσαντ' ἄπρακτα, frustra latere conabantur, cum δύεσθαι de avibus paventibus usurpetur, ut πτήσσειν. Schneidewinus fr. 12 et Bergkii fr. 24 ediderunt αὔσαν, pro αὔσαν, quod ad ἄπρακτα prorsus non convenit.

Alhen. IV p. 140 c. Ἔτι φησὶν ὁ Πολέμων καὶ τὸ δεῖπνον ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων αἴκλον προσαγορεύεσθαι, παραπλησίως ἀπάντων Λωριέων οὕτως αὐτὸ καλοῦντων. Ἀλκμᾶν μὲν γὰρ οὕτω φησί.

κῆπι τᾶ μύλα δρυφῆται κῆπι ταῖς συναικλείαις. οὕτω τὰ συνδείπνια καλῶν. *) καὶ πάλιν· αἴκλον Ἀλκμᾶων ἀρμόξατο.

κηπιται μύλαι A. B. Pal. κῆπειτα, μύλαι Cas. μύλα Schweigh. Iola enim in his membranis constanter non subscriptum est, sed ad latus positum, κηπὶ ταῖς μύλαις Ursinus. συνακλείαις B. P. quod fortasse verum ut Ἀλκμᾶων dicitur et Ἀλκμᾶίων. συναικλείαις Dindorf. Eiusdem hominis cum non esse videretur, quod verissimum est, molam versare et συναικλείας frequentare, Casaubonus coniecit κῆπι τὰ τ' ἀνδρεῖα φοιτᾷ κῆπι τας συναικλείας, Schweigh. κηπὶ τᾶ μοιῶρε φοιτᾷ. Non cogitabant de illa mola quam indicant et vocabula nota μύλλειν apud Theocr. IV, 58 et Hesych, μυλάς, πόρνη ap. Suidam et Photium, ἀλήθειν (Pherecr. ap. Suid. v. ἀνόδοτος), molere (apud Horatium et Petronium) et anicularum Lesbiacarum cantilena apud Plutarchum Sept. sap. convivium 14: ἄλει μύλα, ἄλει, καὶ γὰρ Πιττακὸς ἄλει, μεγάλας Μιτυλᾶνας βασιλεύων.***) In δρυφῆται, pro quo Schweigh. scripsit δρυφήτα,

*) Loquitur Didymus, qui ne Polemonis verba p. 139 b parum recte accepisse arguatur, observandum est, non opponi Lacedaemonios illic ceteris Doriensibus, sed in ὑπὸ μὲν τῶν ἄλλων Λωριέων abundare ἄλλων more consueto, relatum ad eos qui non sint Dores. Lacedaemoniis peculiaris fuit alius eiusdem vocabuli sensus. Didymus igitur quod Polemo dixerat, Alcmanis auctoritate confirmat potius, non ei contradicit, quod Casaubonus putabat. Diversa est utriusque opinio solummodo de Spartanorum ἐπαικλοις.

***) Mirum est veteres plebeiam non perspexisse festivitatem. Clearchus ap. Diog. L. I, 81 Pittaco dicit fuisse γυμνάσιον σῖτον ἀλείν, unde molae laus est inter dicta septem sapientum relata. Aelian. V. II.

cum suspicatus essem dari formam verbi *θρύντομαι*, G. Hermanno in censura editionis meae propter molam potius *conterendi* potestas inesse videbatur, contra quem Schneidewinus monuit, nihil esse verbo *δρύντω*, *δρυφάζω*, *lacero*, cum *δρυφάω*, *τρυφάω*, *delicately vivo*, *luxurior*. In *θρύντεσθαι*, *τρυφᾶσθαι* quomodo frangendi significatio ad animum transferatur, qui luxu ac deliciis *fragilis* reddilur (Horat. S. I, 8, 9), multis allatis scriptorum locis exposuit Spohnius Spec. Theocr. III p. 5. Ante vocalem quidem *δ* et *τ* saepissime inter se commutantur, ut in *πεδά*, *μετά*, *μῆδος* et *μῆτις*, *Διομήδης* et *αἰπυμήτης*, *δάπις* et *τάπις*, *δάλις* et *τάλις*, *Δελθάνιοι* et *Τελθῆνιοι*. Bergkiius scripsit *ῥυφῆται*, *ἢ. e. ῥοφεῖται*.“ Quid autem est *ῥοφεῖσθαι ἐπὶ τῇ μύλῃ*? quid omnino *ῥοφεῖσθαι* ita absolute dictum? Contra *δρυφᾶσθαι*, si modo stat haec verbi forma, ad Venerem et ad gulam aequae valet.

Alhen. X p. 416. *Καὶ Ἀλκμᾶν δὲ ὁ ποιητὴς ἑαυτὸν ἀδήφραγον εἶναι παραδίδωσιν, ἐν τῷ τρίτῳ (Β γω) διὰ τοῦτον.*

*Καὶ ποκά τοι δώσω τρίποδος κύτος,
ῥῶ κ' ἐν λεῖα τριήρης. ἀλλ' ἔτι
[ἐντι γε] νῦν ἄπυρος, τάχα δὲ πλέος
ἔτνεος, οἷον ὁ παμφάγος Ἀλκμᾶν
ἠράσθη χλίερον πεδά τὰς τροπάς.
οὔτι γὰρ οὐ[τὸ] τετυγμένον ἔσθει.*

VII, 4 ὅτι Πιττακὸς πανὸ σφοδρῶς ἐπῆρει τὴν μύλην, τὸ ἐγκώμιον αὐτῆς ἐπιλέγων, ὅτι ἐν μικρῷ τόπῳ διάφορὰ ἐστὶ γυμνάσασθαι. ἦν δὲ τι ῥῆμα ἐπιμύλιον οὕτω καλούμενον. Ad quem locum varios quibus Pittacus in pistrino et pane conficiendo se exercere potuerit, modos explicat Perizonius. Laudant illum ob strenuam exercitationem patres ecclesiastici, Clemens Paedag. III, 10 p. 242, Isidorus Pelus. Epist. I, 470. Plutarchus sensisse videtur, quam ridicula res sit, civium Mitylenaeorum Aesymneta molam versans tanquam anus aut παχυσκελὴς ἀλετοῖς πρὸς μύλην κινουμένη — ait enim: ὁ μὲν Θαλῆς ἐπισκώπτων εὖ φρονεῖν ἔφη τὸν Ἐπιμενίδην, ὅτι μὴ βούλεται πράγματα ἔχειν ἀλῶν τὰ σίτια καὶ πέτιων ἑαυτῷ καθ'ἑαυτὸν Πιττακός. In quibus Sophistae alicuius fictionem Thaletis et Epimenidis nomina produnt. Haud magis Grammatici Graeci sapiunt ad Aristoph. Nub. 1299. Eiusdem verbi obscenam significationem in aliis linguis collegit I. A. Kanne v. die Musen herausgeg. von Fouqué 1834 I p. 35 s.

ἀλλὰ τὰ κοινὰ γὰρ ὡσπερ ὁ δᾶμος
ζατεύει.

1. Eurip. Suppl. 1202 τρίποδος ἐν κοίλῳ κύτει, Cycl. 398 λέβητος εἰς κύτος χαλκήλατον. Τρίποδος κύτος, ut γάστρη τρίποδος Iliad. XVIII, 348, non est „ein dreifüssiger Kessel,“ sed ahenum tripodi impositum, tripus una cum aheno suo. 2. ᾧ κ' ἐνιλεα γειροῆς A. ᾧ κενιλεα γ' εἴρης B. ᾧ καὶ νίλεα τριήρης Pal. Ed. pr. Bas. Cas. 1. Ursinus. * ᾧ Νιλέα, omisso καί, H. Steph. in una certe. Νηλέα Cas. 2. 3. cum variis tentaminibus in Animadversionibus. Schweighaeuserus divisim scripsit ἐνι λέα, cui inest laevis *trivemis*, de sensu non audet coniecturam facere. Notabilis licentia in elisione diphthongi κ' ἐνι, ut in Scolio in tyrannidas Ἀρμόδιος κ' Ἀριστογείτων et in μοῖ apud Homerum, v. ad Syllogon Epigr. Graec. n. 7. Ante diphthongum et vocalem longam καὶ apud Homerum crasin pati, apud Pindarum elisionem Thierschius monet Gramm. Gr. p. 243. 411. Alias κῆν, κῆπι apud Alcmanem. ΑΕΑ pro λεία est ex veteri scribendi ratione, cuius, ut in Pindaricis plurima docte et ingeniose a Boeckhio, ita etiam in Simonideis iambis et apud tragicos haud pauca explorata sunt vestigia, in Alcmanicis extant λεόντεον et πρέπε. Τριήρης in Palatino certum videtur; γ' cum lineola in A et B scribendi compendium est, quo in voce τρισύλλαβος librariorum usos esse Bastius docet ad Gregor. Cor. p. 852. Simile est quod, quum a Schol. Aristoph. Vesp. 1169 Hermippus ἐν τοῖς διμέτροις citetur, ubi Venetus habet τετραμέτροις, ex διμέτροις ortum est διμέτροις. In Euripidis versu ex Archelao apud Stobaeum in Paris. Α τυραννίδ', ἣ θεῶν β- νομιζέται, β- est δευτέρα. Quam Gaisfordii scripturam ad Schol. Hes. Theogon. 126 et in editione Stobaei nolim repudiatam esse a Wagnero in Euripidis fragm. p. 121. „In qua scriptura, ait, nescio an satis apta sententia reperiatur.“ Quid autem aptius esse potest quam explicatio illius dicti quae sequitur: τὸ μὴ θανεῖν γὰρ οὐκ ἔχει, τὰ δ' ἄλλ' ἔχει? Non dii sunt tyranni, sed post deos secundi

quod ad felicitatem. Concedo quod docte nuper et acute, ut solet, ostendit Schubartus Bruchstücke zu einer Methodologie der diplomatischen Kritik p. 12 ss. in ulla maxime verborum syllabis siglas frequentare librariorum. Sed litteris numeralibus $\beta \gamma \delta$ quibus assuefacti essent scriptorum libris et singulis carminibus citandis, minime mirum est eos etiam in verbis compositis interdum usos esse. *Τριήρης* autem *εἶδος ἐκπώματος* est, interprete Athenaeo XI p. 500 f. et Hesychio, ubi *ῥυτόν τι ἐκπωμα* scribendum pro *ῥητόν*. Epinicus Comicus apud Athen. XI p. 497 b: *ἔτερον τριήρης· τοῦτ' ἴσως χωρεῖ χόα*. Poculorum nomina a navigiis desumpta recenset Macrobius Sat. V, 21, *καρχήσιον, κύμβιον, κάνθαρος*. Omnium vasorum et utensilium concavorum et ventrosorum nomina inter se similia et haud raro pluribus communia fuisse, ita ut cymba, cunabula, poculum, lebes multaeque aliae res uno eodemque vocabulo denotarentur, G. Zoega observat Anaglyph. tab. LXVIII not. 4. Quo pertinent *γαυλὸς* et *σκαφίς* Theocr. V, 58, *ἀμῖς*, apud ipsum Alcmanem *σκύφος*: Telesten phialam dixisse *ἄκατον* Comicus memorat ap. Athen. XI p. 502 a. Triremis autem si fuit patella sive catillus, ad hauriendam ex lebe pultem destinatus fuisse potest, qui una cum illo et tripode apte donaretur et aheno immitteretur (*ῥῆ ἔνι*), fere ut ad craterem quodammodo pertinebat cantharus. Nostrae huius versus explicationi acquieverunt C. O. Müller in Boettigeri Amalthea T. III p. 23 et Boissonadius in Lyricis, qui quidem etiam quod in annotatione proposueram, verbis *ἀλλ' ἔτι* explevit hunc versum, in sequenti scribens *ἔνι γε νῦν*, cum et *ἔτι* et *ἔνι* in codd. exstet, quorum alterutrum a librario consulte expunctum fuisse possit; quamvis potest etiam cum ultimo pede prioris totus versus ab Athenaeo omissus esse ante *ἀλλ' ἔτι νῦν*. G. Hermann non placuit scriptura codicum, sed scribendum putavit *ῥῆ κ' ἔνι λεια . . . ἀγείρης*, interpretatus: wo du viel hinein thun, worin du viel sieden kannst (in quo nove dictum est sieden de pulte.) Ita et in censura ali-

quoties memorata et in Epit. doct. metr. p. 239. Obtemperat Hermannus Dindorfius in Athenaei editione, scribens $\lambda\epsilon'$ $\acute{\alpha}\gamma\epsilon\acute{\iota}\rho\eta\varsigma$; neque aliter Schneidewinus fr. 13, Bergk. fr. 25. Quod ad $\acute{\alpha}\gamma\epsilon\acute{\iota}\rho\eta\varsigma$ qui codicum scripturam temere spreverunt, non reputarunt neque $\bar{\gamma}$ adeo facile quam simplex Γ in \mathcal{A} mutari, neque vel aquam et farinam vel quicquid ad pultem coquendam pertinet colligi in vas.

3. $\acute{\epsilon}\tau\iota$ $A. B.$ $\acute{\epsilon}\nu\tau\iota$ Pal. Ed. pr. Cas. 1. $\acute{\alpha}\pi\epsilon\iota\rho\varsigma$ B. P. Edd. $\acute{\alpha}\nu\rho\varsigma$ Ursin. (Farnesiano usus codice), Casaub. $\tau\rho\acute{\iota}\pi\omicron\delta\epsilon\varsigma$ $\acute{\alpha}\nu\rho\iota$ II. IX, 122, $\lambda\acute{\epsilon}\beta\eta\varsigma$ $\acute{\alpha}\nu\rho\varsigma$ II. XXIII, 267, i. e. novus, non, quod C. O. Müllero visum est, usui non destinatus, recte observante Bergkio in diario ab ipso edito 1847 p. 166. 4. $\acute{\epsilon}\pi\nu\epsilon\omicron\varsigma$ Pal. $\acute{\epsilon}\pi\nu\epsilon\omicron$ Ed. pr. et Bas. $\acute{\epsilon}\tau\nu\epsilon\omicron\varsigma$ Cas. cum Ursino. 5. $\chi\alpha\acute{\iota}\epsilon\rho\omicron\nu$ $\pi\alpha\acute{\iota}\delta\alpha$ libri et edd. Ursin. unde puerum Chaerum Alcmanis delicias fecerunt Bayle et Burette. Correxerunt Cas. In $\chi\lambda\iota\epsilon\rho\acute{\omicron}\nu$ apud Athen. XI p. 409c eodem modo peccarunt librarii. In $\tau\rho\omicron\pi\acute{\alpha}\varsigma$ accusativus corripitur ut ap. Hesiodum Op. et D. 566. 665. 6. $\omicron\grave{\upsilon}$ $\tau\epsilon\tau\upsilon\mu\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron\nu$ Codd. et Edd. vell. $\omicron\grave{\upsilon}$ $\tau\epsilon\tau\upsilon\gamma\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron\nu$ Urs. et Cas. Hesych. $\tau\epsilon\tau\upsilon\gamma\mu\acute{\epsilon}\nu\alpha$, $\sigma\acute{\upsilon}\nu\theta\epsilon\tau\alpha$, $\pi\epsilon\tau\iota\omega\mu\acute{\epsilon}\nu\alpha$, $\pi\epsilon\phi\rho\omicron\nu\tau\iota\sigma\mu\acute{\epsilon}\nu\alpha$. Unde liquet falsum esse vel certe languidum $\eta\grave{\upsilon}$ ab Anonymo apud Dindorfium profectum et a Schneidewino et Bergkio receptum. Schweigh. proposuit $\omicron\grave{\upsilon}\delta\grave{\epsilon}$ vel $\omicron\grave{\upsilon}$ $\tau\acute{\omicron}$. 7. $\kappa\alpha\iota\nu\acute{\alpha}$ libri, $\kappa\omicron\iota\nu\acute{\alpha}$ Cas. ex ingenio.

Donum poeta amatae puellae vel sponsae promittit, ut pastor apud Theocritum V, 104 mulctram cupressinam et craterem. In adiectivo $\pi\alpha\mu\phi\acute{\alpha}\gamma\omicron\varsigma$ v. 4 male interpretando cum Athenaeo convenit Aeliano V. H. I, 27: nam hic quoque Alcmanem putat fateri, $\acute{\epsilon}\alpha\upsilon\tau\acute{\omicron}\nu$ $\pi\omicron\lambda\upsilon\beta\omicron\rho\acute{\omega}\tau\alpha\tau\omicron\nu$ $\gamma\epsilon\gamma\omicron\nu\acute{\epsilon}\nu\alpha\iota$. Casaubonus vertit *vorax, nulli cibi*, ut Hercules $\pi\alpha\mu\phi\acute{\alpha}\gamma\omicron\varsigma$ est Orph. H. XI, 6. Atque his, quum magis etiam absurda sit alterius apud Athenaeum Grammatici interpretatio, tanta semper fides habita est, ut sexcenties usque ad hunc diem repetitum sit, poetam se ipsum tanquam pulliphagum traduxisse. Apud H. Stephanum in Lexico tantum illa valuit veterum scri-

plorum auctoritas, ut, quum tres locos afferret, „in quibus *παμφάγος* non in malam partem accipiat, sed simpliciter pro *omnibus vescens*“ (fere ut nostrum der Alles isst), Alcmanem potius opponeret, qui *comedonem* sese et *helluonem* vocet. Aristoteles enim Polit. I, 3, 3 animalia esse ait τὰ μὲν ζωοφάγα, τὰ δὲ καρποφάγα, τὰ δὲ παμφάγα, Plutarchus Symp. IV, 1, 3 corvum et cornicem *παμφάγα τε καὶ πάσης ἀπίόμενα τροφῆς*, Plinius VI, 30, 35 distinguit Agriophagos, Pamphagos et Anthropophagos. Addere poterat H. Stephanus Aristot. H. A. VIII, 5 ἡ δὲ ἄρκτος παμφάγον ἐστὶ. Sequentia vocem *παμφάγος* ne posse quidem aliter accipi atque hoc sensu vel simili ostendunt, cum τὸ τετυγμένον opponatur τοῖς κοινοῖς, communi victui, quo contentus vivit ὁ *παμφάγος Ἀλκμάν*, ὥσπερ ὁ δᾶμος ἄπας. Eiusdem apud Hephaestionem leguntur verba: ταῦτα γὰρ ὡς ἂν ὁ δᾶμος ἄπας. Nec dubito laudi fuisse Spartaе *παμφάγον εἶναι*.

Athen. III p. 110 f. Μακωνίδων δ' ἄρτων μνημονεῖει Ἀλκμάν ἐν τῷ πέμπτῳ οὕτως·

Κλῆναι μὲν ἐπτά καὶ τόσαι τράπεσσαι
μακωνίδων ἄρτων ἐπιστέφοισαι
λίνῳ τε σασάμῳ τε, κῆν πελίχλαις
παίδεσσι χρυσοκόλλα.

ἐστὶ βρωμάτιον διὰ μέλιτος καὶ λίνου.

Edd. ἐν τῷ πεντεκαίδεκάτῳ, quod ortum ex ἐν τῷ ιε

(pro τῷ ιε A, ἐν τε B, τῷ ιε Pal.) Correxerit Schweigh. ἄρτοι μῆκωνεῖοι Philostr. de gymn. ed. Kayser. p. 51. 2. ἐπιστέφοισαι λίνῳ A. P. Cas. 1. ἐπιστέφοι σε λίνῳ B. ἐπιστέφοις et σελίῳ Cas. 1 et Epitome Hoeschelii. 3. Pro λίνῳ τε σασάμῳ τε genitivum posuit Schneidewinus et Bergkii in priore editione: intelligendi autem sunt ἄρτοι λινωτοὶ καὶ σησαμωτοί. Non obstat quod lini semen etiam chrysocollae inesse dicunt Athenaeus et Hesychius. πελίχλαις P. 4 παίδεσσι

ABDP, *πέδαισι* Ed. pr. Cas. 1. *παίδεσσι* Schweigh. „*pro pueris.*“ Quidni pro puellis? Apud Apollonium Dyscolum de pronomine Alcman: *ὄσαι δὲ παῖδες ἀμέων.* Carmen fortasse spectavit ad nuptias. Cur dativum pro genitivo positum putet Meinek. Quaest. Menandr. I. p. 21, ut in hoc Aeschyli versu ap. Athen. p. 528 e *χλιδῶν τε πλόκαμος ὥστε παρθένοις ἀβροῖς*, non intelligo. Vocem *χρυσκόλλα* Schweigh. Alcmani reddidit, quae fortasse ad glossam sequentem repetita fuit. Pro *παίδεσσι* F. H. Bothe in Mus. Rhen. V p. 301 1846 coniecit *πέδεσσι*, quo Bergkii in altera editione ductus est ad emendationem verborum *κῆν πελίχλαις* minime probabilem.

F. Th. Welcker.

In Observationibus in Alcmanem antecedentibus p. 256 l. 9 post *Hesiodum* exciderunt verba *τετραίτυγος ἄρτος.* P. 266 l. 17 post *μέγας* pone comma.